

quis occurrat in vultu.
tu dicitis quod repulisti nos: et non egre-
ssus in virtutibus nostris. **Q**uia nobis
retribulatio: quia vana salus ho-
minum. **¶** In dicitis faciemus virtutes: et ipse ad
reducet tribulantes nos. **Ps. 115.**

idolus deprecationem meam: intende-
tionem meam. **¶** In similibus terre ad te cla-
mavit: et non audivit: cor meum in petra re-
spondit. **¶** Reducisti me quia factus es spes
is fortitudinis a facie inimici. **¶** In
in idola: et non in deum: et non
in idola: et non in deum: et non

et cord
Si in
Ecclesia
Hinc



P. e. 87

T. VII, 894.

III 4/10 J V 16

aw. 47

ΣΤΗ ΟΡΑ

DE MUNDI ET
MOTUS ORTU
DISPUTATIO;

quam

In inclutâ Rosarum Academia,

SUB PRAESIDIO

Clarissimi ac Doctiss. Viri

DN.

M. EILHARDI LUBINI

Poës. profesoris publ.

aspirante ac favente divini Numinis

gratiâ;

pro ingenî tenuitate, publicè
defendet.

JANUS BOCHMAN

BORUSSUS.

In Auditoriô magnô

XXX. Sexteil. horis matutinis,

ROSTOCHI

Prælô Reufnerianô.

ANNO

∞ 10. C.



Nobilis.

SPECTABILI ET AMPLISSIMÔ

Virô Dn.

ISRAELI HOPPIO;

dignissimô

Elbingensium Reipubl.

CONSULI;

Mecœnati meô, ac exoptatisf.
patronô;

*hæc, de Mundi & Motus ortû,
themata;*

primitias studiorum meorum
l. mq;

C. D. D.

J. Bochman Elbingen.





Disputatio
DE MUNDI ET MO-
TUS ORTU.

THESIS

I.

Nulla Philosophorum opinio vel
absurdior, vel christianæ fidei per-
niciosior fuit, quàm Aristotelis &
Platoniorum quorundam de Mo-
tus & Mundi æternitate. Contra
quam solidissimis ex naturâ rerum
& ratione petitis fundamentis bre-
viter & succinctè disputabimus, Demonstraturi,
Motum, Tempus, & Mundum cœpisse.

II.

Vanitas hujus opinionis ex illô nata; quòd ho-
mo in tempore existens, divina & æterna suô mo-
dulô metitur, quòd naturæ auctorem ad naturæ le-
ges redigunt, vel deniq; quòd illa quæ finita sunt,
infinita esse, vel posse arbitratur.

III.

Argumenta pro verâ sententiâ probandâ, & fal-
sâ profligandâ desumemus, à naturâ Motoris, à na-
turâ Æternitatis, à naturâ Temporis, Motus, &
Mundi.

IV.

Primi membri probationis fundamentum & principium erit, apud DEUM omnium primum motorem non esse Tempus & Motum, sed apud eum, æternum esse præfens.

V.

Hoc principium ne ab adversarijs petere videamur, ita probo. Primus motor est immobilis; quidquid enim movet immobile sit oportet. Quidquid est immobile, motum non sentit, ob id sentit neque tempus. Unde consequitur, quod neque sentiat prius & posterius. Ergò apud eum est perpetuum præfens, quod Æternum dicimus.

VI.

Secundum fundamentum est, quòd Ens, Principium, Æternum, Infinitum, Omnipotens Synonyma sint, & absolute, non nisi de Uno DEO sine impietate dici possint.

VII.

Summum enim Entium Ens, vel adversarijs testantibus unum est DEUS, à quò unò omnia. Hoc summum Ens dici non posset, nisi semper fuisset, nec omnia movere, nisi immobile sine tempore esset. Ergò æternum. Jam quia æternum est, motum & mutationem non patitur, & quia extra & supra se, ante vel post se nihil habet, principiò & fine caret, & ob id Infinitum.

VIII.

Hinc elicitur illud Ens etiam esse omnipotens, hoc est omnia posse. Si enim omnia non posset, impediretur à potentiâ quâdam & necessitate superiore. Sic autem non esset infinitum, si quid supra se haberet; quod est contra probatum. Hoc

IX.

Huc accedit quòd ad **D E U M** omnis ratio potentia, causæ & necessitatis rerum omnium quæ sunt, referatur, ut qui sit **Causa** causarum & **Necessitas** necessitatum.

X.

Jam quia **D E U S** infinitus, extra eum nihil. Nec ob id eguit primâ materiâ, ut nec locò & tempore. Horum enim si quòquam indiguisset, nullum facere potuisset. Quia etjam causa causarum est; etjam erit **Mundi** causa, aliàs esset aliquid sine causâ. Quod autem sine causâ est; unicum tantum est & simplicissimum, **D E U S**.

XI.

Creans est summum agens. Ergò materia ex quâ erit inum patiens, id est, nihil.

XII.

Deniq; **Ars**, & **Natura** sive **Deus** duo sunt agentia, quorum alterum alterò nobilius. Arti corpore & materiâ secundâ ad agendum opus est. Ergò **Deo** vel **Naturæ**, nihil.

XIII.

Porro æternitati conditio **Mundi** prorsus est contraria, eò quòd in æternitate sit perpetuum præsens & æternum hodie, id est nulla mutatio, nulla generatio, nulla corruptio, nullus motus, nullum tempus, nullam corpus, nullum prius, nullum posterius, quæ omnia in & cum mundò orta, & finita sunt, & vel infinitis vicibus accumulata, infinitum producere non possunt.

XIV.

Cum enim æternitas sit unum quasi **Nunc** & **instans** stabile & immotum, nihil horum de mundo

A 3

dici po-

dici potest; qui totus cum omnibus suis partibus, in tempore hoc est perpetuò fluxū & motū juxtà prius & posterius movetur.

XV

Et hoc æternum tanquam intelligibile, spirituale & simplicissimum, cum Philosophi illi per modum nostrum intelligendi non nisi per sensibilia, corporalia, composita, nec denique nisi per tempus intelligant, & differentias temporis; nihil mirum, si in monstrosas has opiniones inciderint.

XVI.

Ut enim de Tempore dicamus, quod est in mundo & cum mundo ortum; nulla in ejus definitione particula, quæ mundi æternitatem non evertat.

XVII.

Definitur; Numerus. Quid autem à numero, qui est multitudo ex unitatibus collecta alienius, quàm infinitum, ut qui licet maximus, paucissimis divisionibus ad finem redigi potest.

XVIII.

Deinde additur; Motus. Motus autem habet terminos à quò, ad quem, quod infinito & æternitati prorsus repugnat, utpote in quò nec principium, nec finis, aut terminus.

XIX.

Additur; Prius & Posterius. quod æternitati ab æternò contrarium, prorsus repugnat.

XX.

De Motu jam nihil attinet dicere, qui cum æternitati & infinito prorsus contrarius sit, inque mundo & omnibus mundi partibus maximis & minimis
perspiciat-

perspiciatur, mundum testatur à certò temporis terminò cæpisse, inque certò terminò desitutum, hoc est, in tempore esse, & æternum non esse.

XXI.

Jam ut de Mundò dicamus. Quidquid in Mundò est, in mutuum usum comparatum est. Ubi autem est respectus finis, ibi est rerum subordinatio, quæ subordinatio finem respicit, qui saltem consideratione aliquâ, rebus ad finem destinatis prior est.

XXII.

Adde quòd mundi & omnium in mundò historia initium mundi esse clamet.

XXIII.

His adjunge, quòd, si mundus esset æternus; infinitum à finitis esset pertransitum; hoc est, fuissent infiniti homines, & omnium specierum finitarum, infinita individua. Et sic infinitum unum alterò majus evaderet. Infiniti enim essent anni, infinitæ horæ; jam verò plures sunt horæ unius anni; Unde sequeretur, unum numerum infinitum alterò infinitò majorem esse.

XXIV.

Deniq; quis de creatione dubitare possit; quam quotidie in conservatione omnium rerum & specierum, (quæ nihil aliud est, quàm continuata individuorum creatio) semper & ubiq; observamus.

XXV.

Quæ ab adversarijs obijciuntur, vana & futilia sunt & ex ignorantia horum, quæ supra dicta sunt, orta, & quæ ad hæc jam dicta immota & adamantina collata, concidunt, suamque falsitatem ultrò produnt, ut hoc locò citari, & magnò verborum ambitu refutari, non mereantur. Hinc

XXVI.

Hinc jam resultant duæ nobilissimæ quæstiones.
Primò. An ex continuâ additione finitorum infinitum possit evadere? Negamus.

XXVII.

Deinde. An Mundus ab æternò esse, vel creari à D E O potuerit? Negamus & hoc, tum ex multis jam ante expositis causis, tum verò potissimum propter hæc tres.

XXVIII

Primò. Quòd in æternitate Mundi, Sapientia, Omnipotentia & Bonitas D E I non potuisset cognosci.

XXIX


Deinde. Quod Creatura Creatori nequeat adæquari, vel ullâ adfectione communi cum suo conditore perfruisi.

XXX.

Denique & potissimum quidem; quòd cum Creator infinitum & æternum sit, ex naturâ Antithetorum, (ex quibus mundi & universi systema miraculosè colligatum) requiratur ex oppositò omnia creata & mundum esse finita & temporalia.

Hoc est, in nihilum posse reverti, ex quo producta sunt ab illò, cui æternùm laus & gloria.







110
111

2a



και ὑμνήσατε ἐξ ἠθῶν ἑ.





up 19 matt dag fol 20 mars 10 6. 43
inc 18. 15

AB42 15
18, 10

ULB Halle 3
002 729 741


S. 6.

WA

Retro ✓



PER DISCREPANSIAS ADYRES ANNOS TUIS
M GRUATIONIS ET GRUATIONIS.
MERT IN ETERNUM IN CONFPECTU DEI.
DIDAM ET VERITATEM CUIS QUIS RE
SIC PSALMUM DICAM NOMINI TUI
SECULE: UT REDAM VOTA MEA DE DIE



aw. 47

ΣΤΥΝ ΘΡΑ

DE MUNDI ET MOTUS ORTU DISPUTATIO;

quam
In inclutâ Rosarum Academia,

SUB PRAESIDIO

Clarissimi ac Doctisf. Viri
DN.

M. EILHARDI LUBINI
Poës. profesforis publ.

aspirante ac favente divini Numinis
gratiâ;

pro ingenî tenuitate, publicè
defendet.

JANUS BOCHMAN
BORUSSUS.

In Auditoriô magnô

XXX. Sexteil. horis matutinis,

ROSTOCHI
Prælô Reufnerianô.

ANNO

—
M D C.